

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Schwarz, Andreas]: Philosophiam et Eloquentiam sibi inuicem auxilio
esse, explicuit, 12 März 1785

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

75. 40
Philosophiam et Eloquentiam
sibi inuicem auxilio esse,
explicuit.

Andreas Schwarz

a. d. xii Martii.

MDCCLXXXV.

76.

Philosophicum et Mathematicum
 sibi in unum annectis esse
 expetunt

Prae
 Log
 . . . co
 ne
 la
 me
 no
 re
 se
 m
 te
 m
 e
 g

77.

Director excellentissime!
Socii honoratissimi!

Prudentissime olim a veteribus in philo-
sophia ac eloquentia discenda operam
collocatam et utramque copulatam esse,
necesse est, confiteri eum, qui hanc il-
larum naturam esse intelligit, ut sine
magno detrimento una carere altera
non possit. Philosophiae quidem in cu-
ra atq; verborum delectu minime per-
se profusa est, at sine dicendi vi oratio
nisiq; cultu ieiuna atq; impolita videbi-
tur; oratio vero dekructis iis rebus, quas
philosophia promit, levis quaedam ac in-
erudita loquacitas existeret. Haec co-
gitanti mihi, Audires, quid auribus
vestris dignum proferrem, visam hoc

est: philosophiam et eloquentiam mutuo si-
 bi auxilio esse. Duo igitur ostendam, primum
 quibus commodis per philosophiam augetur
 eloquentia, deinde quid boni et opportunitalis
 ab eloquentia in philosophiam proficis ca-
 tua. Tria potissimum sunt, quae orator
 dicendo efficere debeat, fidem faciat iis re-
 bus, quas profert, sinceritate perfundet ani-
 mos audientium eorumque aptis alq. accommodatis
 ad obtinendum id, quod vult, effectibus con-
 cilet; nullum vero horum abque Philoso-
 phia adiamento perfici potest. Philosophia
 nos in campum, in quo larga disserendi
 materia et amplissima rerum copia conti-
 netur, deducit. Haud aptum quidquam pro-
 feret, qui rerum a falso distinguere non

didicit, qui ratiocinandi leges ignorat, qui rerum conditionem haud perspexit. Sed hoc omnium facultatem e philosophis nobis paremus. Quis enim huius uniuersae naturae explanat? quis rerum in illo existentium causas ostendit? quis herbarum, quis stirpium, quis animantium ortus, progressus, vires, utilitates prosequitur? nisi philosophus. Quid igitur eximium et auditione dignum illum dixerimus arbitremur, qui philosophicae expertus est? Non potest alius de rerum natura in genere apte dicere, qui vel simplicissimas notiones, et quae attribuuntur illis nondum complexus est, qui, quomodo oriri possint, qua ratione coniungantur, quibus characteribus determinentur nondum perspexit. Inprimis

ubi de numine disceditur, facilis est lapsus
 in errores atque absurdas opiniones, nisi
 antea haec ex philosophia cognita fuerint,
 limitibus illud profusum carere, paucissi-
 mam illi conuenire voluntatem, sum-
 mam ab eo iustitiam exerceri, bene agen-
 tes praemia manere, iis autem, qui mala
 perpetraverunt poenas tribui. Neque sa-
 pientissime non multum interest, animorum
 virtutes nosse quod ex philosophia optime
 praestant. Vimirum haec docet, qua ratio-
 ne possit animum quo libet impellere, re-
 stinguere itam, iniecerit timorem, miseri-
 cordiam mouere, auocare a vitio, ad vir-
 tutem adducere. Ne ullum quidem horum
 fieri poterit, nisi prius aliquid exquiras.

facillates animæ aliquid cognoscendi,
et quas quævis earum sequatur leges,
ut scilicet stimulus cuius congruos subicere
sive ad committendum aliquid excitare,
sive alicuius rei intermissione[m] persua-
dere voluerit. Utraque enim appetitio bo-
ni et a malo declinatio procedat necesse
est a rationibus, quæ anima nature con-
veniunt. Eaq[ue] sola recti boniq[ue] scientia
unde inueniuntur in vitam hominum com-
oda proueniunt, cuius saluberrima præci-
pta ciuitatem omnemq[ue] societatem atq[ue]
continent, quæ omnis fere oratio refe-
renda est, cuius aliquis fructus esse debet
ipsa philosophia pars est. Cætera omnem
igitur dubitationem posilum est, philo-
sophiam eloquentiæ maximo emolumento

esse, imo hanc curere illa minime posse.
 Progređior nunc ad id, quod secundo loco
 posui: et philosophiam eloquentiam multum
 iuuari. Inculca manet, imo et obscu-
 ratur valde ista diuina scientia, nisi de
 coris aliquid atque ornamenti ab oratione
 pareatur. Ut hortus, cuius solum fecundis-
 simum quidem, omni vero cultu ac in-
 cunditate non floribus, non arborum va-
 rietate distinctum, non tantum pretiosum
 laetur, nec tot illum admirentur, quam
 si ab arte et studio elegantia et ornamenta
 essent adscita. Depressenduntur quaedam
 in philosophia difficilia, abstracta, non
 dila, sed adhibita suauis ac eleganti ora-
 tione faciliora, elucida et expeditiora

redduntur, ut voluptate dicendi eam
teneamus. Et licet cauendum sit hoc ma-
xime, ne dum orationis ornatum omni-
um querimus arduam hanc disciplinam
obscuriorem efficiamus: Idcirco ab agra^{ti}
illo dicendi genere abstinendum est, ne eo-
rum, qui hoc eloquentiae studio serena
sua diligentia languescat ac sensum ex-
tinguatur, sed ut ea magis semper eriga-
tur. Contendunt aliqui consistere ad hoc
posse philosophiam ac conservari etiam
si ornamentis careat. Id quidem fieri pos-
se non negamus, sed si caruerit forsasse,
non tanti habereetur, quanti deberet nobi-
lissimae hae scientiae reliquiarum omni-
um, si ab ea discesserit, qua ipsius Dei
oraculis continetur facile Regina.

DeploRANDUS certe est iste mortalium sta-
 tus, ubi necessitate omnia non etiam
 comòditate et ornata diriguntur. Casus
 conlectis stramine et angustis luguriis
 imò dolis coeli iniuriam quoq; arcere
 possumus, et ad necessitatem id satis
 est. Num vero ideo artem edificandi
 repudiamus? num habitemus in casis
 sordidis? num in tabernaculis? num
 in dolis similiter eam philosophandi ra-
 tionem quæramus, cui eloquentia studi-
 um coniunctum est. Ad eruenda quoq;
 veterum scripta de sapientia tradita
 vel plurimum eloquentia confert. Quis
 enim Tullium? quis Demosthenem? Quis
 Platonem? quis Diodorum rectius in

Intelliget, quam is, qui stilo eleganti ad-
suevit. Maneat igitur huius philosophi-
am et dicendi facultatem a se vinculo
inter se coniungi, quod rationes et philo-
sophice de prompte, plus gravitatis ha-
bent, ubi dictionis pulchritudo quaedam
et elegantia accesserit; oratio vero ad
commovendum animum non satis effi-
cax esse potest, demum probationibus
firmisq; argumentis. /

